

Idem a Acheruntino Archiepiscopo.

Um olim ad nostram audientiam pervenisset, quod Canonici b Angloven. dñ. f. Cantorem Tricaricem. sibi elegerant in Pastorem, tibi dedimus in mandatis, ut examinata electione diligenter, & persona, si electionem canonicam, & personam idoneam invenires, electionem ipsam auctoritate Apostolica confirmares, sicut Metropolitanus in ceteris processurus. Licet autem tibi de forma electionis canonice, ac idoneitate personæ in aliis constitisset, movit te tamen, & ad nos consulendos induxit, quod cum pater ejusdem Cantoris Græcus fuerit, & juxta ritum Græcorum uxorem duxerit in minoribus ordinibus constitutus, Cantorem ipsum ex uxore legitimum in sacerdotio susceperit. Nos igitur attendentes, quod Orientalis Ecclesie votum continentia non admittit, quin Orientales in minoribus ordinibus contrahant, & in superioribus d' urantur matrimonio jam contracto: f. r. per A. l. m. quar. nisi pro eo, quod inter Latinos Græci hujusmodi conversantur, regionis consuetudo repugnet, si aliud non obstat, ad confirmationem, & consecrationem ipsam Cantoris sine dubitatione procedas.

NOTAE.

Acheruntino.) Ita legitur in c. h. ec. rit. in 3. collect. Acheruntia, seu Acheruntius, ut ait Livius l. 2. vulgo Azorona, est in regno Apulie, quod & Calabria, & Græcia Magna dicebatur, in quibus dominium exercuerunt Imperatores Orientis, ut refert Cuiacius hic. Ea tamen regna occidentem spectabant, Italiaque Provincia erant. Berterius dicitur l. 1. c. 5. in prin. Sed cum provincia illa subjuncta esset ab Imperatoribus Græcis, eorum fuerunt mancipata domini, ut refert Leo Ollivensis l. 2. c. 8. Gregor. VII. l. 8. ep. 7. & ex eis Ciron. in parat. ad hunc rit. Jam a primis Ecclesie seculis fuit ea civitas Episcopali Cathedra decorata: eius Prælati Justus Synodo Romana sub Symmacho celebratae interfuit.

Angloven.) Legendum est Anglionem. Nam Anglionensis Episcopus est etiam in Calabria, ut ex Pontif. Rom. refert Cuiacius hic. Confirmare.) Juxta ea, quæ adduxi in c. 3. de elec. Utantur.) Consonat textus in capit. alter 31. dist. ubi verba illa, matrimonio copulatum, ita exaudienda sunt, id est matrimonio utuntur, cap. quæsitum, de spons. & reniss. ubi: Matrimonio licet uti, ut supra probavi in cap. 1. unde Innocentius III. in prioribus verbis, ubi alicui Græcos non recepit votum continentie, exaudiendus est quoad ipsam matrimonii jam contracti, nec audiendus est Henricus lib. 10. de Ordin. cap. 10. §. 7. dum docet Innocentium in præfenti loquutum fuisse ut Doctorem privatam, non vero ut Ecclesie Præfulem.

CAPUT VII.

Idem Episcopo a Pictaviensi.

Joannes nobis conquirendo monstravit, quod tu cum; quamquam jam dudum uxorem legitimam duxerit, pro eo quod prius in b acolythum fuerat ordinatus, compellere niteris, ut tonsuram clericalem, ex qua inter ipsum & uxorem suam posset scandalum generari, cum consuetudine terre tue clerici uxorati non cogantur inveni portare tonsuram. Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest privilegio clericali gaudere, mandamus quatenus ipsum super tonsuratione hujusmodi non molestes, dummodo nullam percipiat beneficii ecclesiastici, cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cum eum oporteat secularibus a negotiis immisceri, tonsura ipsius secularia exercentis videretur profecto in ministerii nostri vituperium redundare.

NOTAE.

Meldano videlicet, ejus Ecclesie Præfati temporibus Innoce. III. De Ecclesia Pictaviensi nonnulla novavi in c. super 20. de refer. Acolythum.) Cujus officium duplex est, unum deferre cereos accessos in sacrificio Missæ, ac providere accendere luminaria, juxta adducta in c. uno de offic. sacrife. alterum est ministrare vinum, & aquam in urcholis, c. pellets, vers. Ad acolythum, 25. d. Licet enim acolythus non sit ex ministris majoribus, tamen sacra vasa, ut ad altare dederat, tangere potest, c. non licet 32. 23. dist. c. cleric. verb. acolythi 21. dist. quæ officia acolythi satis demonstrantur duplici materia, quæ illi traditur tempore sue ordinationis, videlicet ceterofarium eum cereo, & urcholis vacui, c. acolythi 23. dist. Prosequuntur acolythi etiam non, & munia, ultra repetentes in d. c. pellets, & scribentes de sacramento Ordinis, Claudius Elpenceus ad D. Paulum l. 1. digress. c. 8. Vicecomes volum. 3. de ritib. Missæ l. 1. c. 29. Menardus de sacram. D. Gregorii fol. 271. Carda in advers. c. 94. Mendoza l. 3. Concil. Illib. c. 6.

Galganet de jura publico l. 3. tit. 5. deduxerunt, clericis conjugatis, etiam cum tonsura, & habitu incidentibus licitam esse negotiis secularibus implicari. Nam contrarium verius est, & probat late D. Josephus Vela 2. to. dist. 45. ex n. 3. in præfenti eam tantum Innocent. III. supponit, quod plerumque accedere solet hujusmodi clericis conjugatis, videlicet eos prophanis negotiis, ac negotiationibus immisceri ob conjugalis status necessitatem, & ad sublevanda onera matrimonii, ut accidit in Paduana diocesi referat in c. 3. h. t. in 5. consilii illis verbis: Dilectus filius Magister E. Canonice Ecclesie de Triliv. exposuit coram nobis, quod cum Vitanus quondam ipsius Ecclesie clericus Paduana diocesis, ordine clericali, & eadem Ecclesia delictis, sibi quamdam mulierem matrimonialiter copularit, & diutius incedendo in habitu seculari, exerceat officia civitatis, sibi idem V. gestis ad Ecclesiam redire prædicam, non habita de prædictis aliqua mentione, quamvis a nobis ad te litteras reportavit, quarum auctoritate in eadem Ecclesia ingressum nititur rehabere. Cum igitur mendax precator carere debeat impetratis, mandamus quatenus, si præmissis veritas iustitiat, revocato, si forsan auctoritate litterarum hujusmodi contra eandem Ecclesiam processit, de cetero non procedas.

CAPUT VIII.

Idem.

Um decorem. Et infra: eos qui sunt publice uxorati, non admittatis de cetero ad ecclesiasticas dignitates dimissas ab eis, quas non possunt sine pravo exemplo, & gravi scandalo retinere.

NOTAE.

Idem.) Ita etiam legitur in tercia collectione, sub hoc

rit. de rit. & benef. cleric. c. 4. & jam epigraphen hanc expressit in c. cum decorem, ejusdem tituli.

CAPUT IX.

a B. quondam Regina Anglorum Illustri.

EX parte tua fuit propositum coram nobis, quod nonnulli b litterati terra tue, habitu & tonsura relicta, publice ducunt uxores, de his, qui sunt hujusmodi, solliciti quomodo uxoribus placeant, existentes, qui licet negotiationibus, & aliis secularibus insistant negotiis, ut tamen consuetis iustitiis, & debitis obsequiis sit fraudent, tonsuram relinquunt abjectam, qua ipsi pretextu ab hujusmodi ut clerici excusentur; quamquam non militent Domino, sed potius mundo, ut ceteri uxorati. Quidam etiam accepta prima tonsura similiter contrahunt, & eandem tonsuram deserunt, ut eodem pretextu excusari valeant a prædictis: & ven. f. n. Episcopus, & dilecti filii Decanus, Archiep. & Capitulum e Cenomanense ipsos tanquam clericos in subtractionem servitiorum tuorum solum nituntur in tuum præjudicium, & gravamen. Cum igitur reddenda sint, quæ sunt Casaris Casari, & que sunt Dei Deo, & publici uxorati, clerici non existant, dum se sic d' secularibus negotiis implicent: æquanimiter ducimus tolerandum, si justitias debitas, & servitia consueta, velut ab aliis uxoratis exigas, & recipias ab eisdem: cum tonsura, quam non obiectu religionis, sed in fraudem subtractionis servitii, relinqueris, vel accepisse videntur, in his non debet patrocinium impertiri.

NOTAE.

Ita legitur in 5. consil. sub h. t. c. 1. & in c. ex parte, de privileg. ubi etiam agitur de his clericis conjugatis, qui tonsuram jam dimissam reassumunt maleficiis perpetratis. De hac Berengaria Angliæ Regina plura notavi in c. ex p. 15. de foro compet. Ideo autem in præfenti Honorius referit hanc Regine, quia ut auctor est Rodericus Toletanus l. 5. de reb. hispan. c. 24. ea plerumque morabatur in civitate Cenomanensi, quam ratione dotulitii acquiserat, ut retuli in d. c. ex parte 15. unde consuluit Honorium III. super excessibus clericorum.

Regulariter litterati accipiuntur pro doctis, scientia, vel doctrina imbutis, l. 1. C. de Decur. urb. Rom. in Theodof. c. de multa, de prob. quos a rusticis distinguit Justin. in l. ult. C. de testam. Inde illiterati, ignari, & indocti dicuntur in cap. illiteratos 36. dist. notavit Boquetus ad Innoc. l. 2. ep. 224. In præfenti autem litteratos accipi pro sciolis, seu legaleis, qui mediocriter litteraturæ fumo insulti, lites ferunt, notavit Gironius hic; illi enim clericis insignibus utebantur, idest tonsura, & vestibus, ut hoc colore clericali privilegio fruerentur.

De qua diocesi egi in c. 5. de refer. Ex his verbis recte deducuntur, clericos conjugatos tonsuram deferentes non posse negotiis secularibus se immiscere, quod late probat Vela d. in 2. dist. 45.

COMMENTARIUM.

In his duabus decisionibus agitur de clericis conjugatis, qui tonsura dimissa, seu retenta negotiis secularibus se implicarunt, & tam ab Innocentio, quam Honorio III. deciditur, eos privilegio clericali non gaudere: quarum decisionum ratio in promptu est; nam si clerici in majoribus ordinibus constituti negotiis secularibus se immiscerent, post trinum conditionem amitterent privilegium clericale, ut probavi in c. 5m.

CAPUT V.

Idem a V.

Ut consultationi tue breviter satisfaciam, respondemus quod R. miles tue diocesis, qui sicut tibi humiliter est confessus, olim minori constitutus ætate, cum modicum foret legere, vel cantare, tonsuram tamen, & coronam clericalem assumpsit, quam gestare inter milites, & laicos erubescit, non est cogendus deferre habitum clericalem.

NOTAE.

Ita legitur in quinta compilatione, sub h. t. c. fin. Cuiacius autem in præfenti eximiam, Honorium III. scribere Lincioniensi Episcopo, juxta cujus sententiam ita referenda est inscriptio: Vuillamo Lincioniensi Episcopo; temporibus enim Honorii III. Lincioniensem regerat Ecclesiam Vuillelmus, qui postea fuit in Ecclesia Rhemensis translatus, ut refert Chenu in sermo. Trisul. Lincion. De Ecclesia Lincioniensi nonnulla notavi in c. 8. de referipti.

COMMENTARIUM.

Vulgo textus hic accipitur de clerico prima tonsura tantum initiato, militia nomen dante, qui non teneatur deferre in ipso exercitio, & belli congressu tonsuram. Sed certe si de tonsurato in bellum proficiscentem accipitur præfens decisio, parvam, aut nullam continet dubitandi rationem; nam licet clericis in majoribus gradibus constitutis militia nomen dare interdicitur sit, c. clericorum, c. de his clericis, c. eos, qui 20. q. 3. clericis, c. quicumque, c. ex multa, de voto: illustriant late Lantdmeter l. 2. de ver. mon. c. 25. Barb. de jure eccl. l. 3. c. 4. Becanus de bello, q. 18. n. 22. Diana p. 10. rr. 2. ref. 2. Gibal. de regule. c. 4. dist. 4. Rouffellus l. 6. dist. Pontif. juris. cap. 6. & si beneficia possideant, illis privandi sint. Conc. Andeg. can. 7. ibi: Clerici quoque, qui relicto clero se ad seculares militia, & ad laicos contulerint, non iniuste ab Ecclesia, quam relinquunt, amoveantur. Tamen clericis in minoribus constituti rite possunt, sicut alii laici, ad militiam proficisci, ut probat Diana d. resol. 2. Et sicut conjugati, vel aliis negotiis secularibus impliciti non coguntur tonsuram deferre, ita nec milites. Unde credi non potest, Episcopum Lin-

contensem consulari Honorio III. in causa adeo aperto, cum videlicet, qui tantum prima tonsura erat initiatus, militia nomen dederat, utrum tonsuram deferre cogendus esset, cum tunc tanquam laicus incedere potuisset. Quare existimabam, Rodericum, de quo in præfenti, nullo modo militis nomen dedisse, sed in ipsa civitate deguisse: quod ut facilius percipiatur, observo apud scriptores media ætatis, plerumque nobiles viros, Dynastas, & Toparchas, milites appellari, quos & nos vulgo appellamus Cavallos; de quibus S. Bernardus ad Eugenium l. 3. c. 5. ubi conqueritur de clericis, qui ut laici incedebant, his verbis: "Quid sibi vult, quod clerici aliud esse, aliud videri volunt; id quidem minus castum, minusque sincerum; nempe habitu milites, quætu clericis, actu neutrum exhibent. Sic miles Terullianus, ipius S. Bernardi pater, miles appellatur ab Vuillelmo Abbate l. 1. vite ejusdem Sancti, eo quod esset vir antiquæ, & legitimæ militiæ, idest nobilitatis. Et Petrus Blesens. epist. 78. Gaufridum, nobilem appellat militem, sanguine, & animi generositate præclarum. Et ep. 94. reprehendens nobilium fastum, superbiæque ait: Nequam vestrorum militum fastuosam gloriam tolerare non possum. Probat Saulay in Panopli. cleric. p. 2. l. 3. c. 2. quibus suppositis eam credo esse Honorii mentem, ut R. miles, idest nobilis Dynasta, qui in minori ætate tonsuram acceperat, eamque postea inter alios Dynastas, & laicos deferre erubescat, cum nec Ecclesie inliriret, sed potius, ut laicus incederet, cum quereretur, an cogendus esset eam deferre, cum adhuc pro conjugato, vel similem actum non deservisset statum clericalem, respondit Honorius, quod non est cogendus inter alios nobiles tonsuram deferre, cum ipsam propria voluntate deserere velit, nec beneficium aliquod ecclesiasticum obtineat.

TITULUS IV.

De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Sardicensi.

Non liceat Episcopo de civitate sua transire ad aliam. Manifesta est enim b causa pro qua facere hoc attentat. Cum nullus sit inventus Episcopus, qui ad minorem de majori civitate transfret.

NOTA

A Ardianus.) Can. 1. ut legitur apud Burchardum l. 1. Decretis. c. 79. Ivonem p. 56. 185. Et in collecta. sub h. t. c. 1. et apud Anoniam Aug. l. 4. tit. 27. c. 17. ex quibus codicibus constat primo, canonem hunc mutatum referri in hac sexta collectione, cum dicitur Offi. Episcopi Cordubensis...

aliquis extiterit temerarius, ut forsitan excusationem afferat, quod populi litteras acceperit, cum manifestum sit praesidio, & mercede paucos, qui fidem sinceram non habent, potuisse corrumpi, ut clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur Episcopum; omnino has fraudes demandasse arbitror...

CAPUT II

De Ex gestis Romanorum Pontificum.

Leo III. natione Romanus, consilio e Lotharii, & Ludovici Imperatorum, sanctam & venerandam 67. Episcoporum in Ecclesia beati Petri Synodum congregavit. In hac Synodo Anastasius presbyter Cardinalis tituli B. Marcelli ab omnibus canonice est depositus, eo quod parochiam suam per annos quinque contra canonum instituta deseruit, & in alienis usque hodie demoratur.

NOTA

EX gestis.) Ita legitur in prima collectione, sub h. t. c. 2. & recte; nam textus iste transferri potest ex veteri codice, qui dicitur Compendium historiarum, & gestarum rerum, ex quo verba hujus textus retulit Baronius r. 10. m. 853. & fere eisdem verbis idem narrat Anastasius Bibliothecarius, in Epistola IV. illic: Inter hac vero, qua fueris scripta sunt, cepit crebro nominatus sanctissimus Praefatus de singulis Ecclesiarum Rectoribus, videlicet Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, atque omnium Christianorum militiam curam, sollicitudinemque habere praecipiam...

Cardinalis noster, quem nos in titulo beati Marcelli martyris atque Pontificis ordinavimus, contra statuta Patrum propriam Ecclesiam deserens, eoque jam per quinquentium tempus, in alienis parochiis, idest Aquilejensibus, velut ovis errans, degere, ac temere inhabitare praesumpsit, quod etiam auctoritate fustulit canonica, Apostolicis litteris per certam auctoritatem fustulit canonica, Apostolicis litteris per certam auctoritatem fustulit canonica, Apostolicis litteris per certam auctoritatem fustulit canonica...

plaria, en (ut cernitis) in manibus, & si vobis placet, legantur. Sancta Synodus dixit: Legantur. Tuac relecte sunt per Theodorum notarium & sermariarum sanctae Romanae Ecclesiae, in quibus continebatur ita. Leo Episcopus, servus servorum Dei. Anastasio excommunicato. Cum spiritualibus te nostris procreantem videremus notissimus, de tua deceptioe quotidie ingenuissimus, qui sine matris tuae progressu, erroris irretitus caliginis, alienis parochiis, vel relictis immoritur contra praecipua Patrum, Canonumque sanctionem non dubitasti. Revertere igitur, statimque accedere summpere callem procura: te ne vana spes decipiat, caducaque adulationes subvertant, sed e reverentem mentem actibus erige, ad ea quae superius, indicantur permittent, in quietissimis intuitu anhela. Memento, quia saltem tua cupimus nomine, corporisque videre. Et ne te diaboli insidias concludant, omnipotentis Dei semper clementiam exoramus. Praeterea Apostolicis tibi praecipimus litteris, jam quinquentium tempus huc & illic latitando, velut agens, discesserit, ut ad Concilium, quod quinquagesimo congregatori sumus die Novembrii expectatae future secunda hujus indictionis, praesentare te omni occasione postea procures, ut causam tuam cum venerabili Concilio sanctae videmus congregatioms subtili ventilare intyru, & humanam tuam conversationem tractare. Si autem neglexeris quod praecipimus, ampliori te vinculo innodamus. Nam multis modis te reprehendimus, ac reprehensibilem iudicamus, quia ad duo pro te congregata Concilia accesseris distulisti, sicut hi praesentes Nicolaus, Patronianus, atque Joannes venerabiles Episcopi nostri, per quos te nunc auctoritate canonica iustissimus evocari, ore proprio indicabatur. Si autem confuturo tempore ad praedictum Concilium venire neglexeris, sub excommunicatione, & anathemate, a modis omnibus decernimus te esse manum. Sancta Synodus interea (dixit) requiritur inspectibus Anastasius presbyter excommunicatus, utrum veniat, an non. Requisite minime est innotuit. Tunc sanctissimus Papa Imperialibus superius iam dictis Missis dixit: Cur nobis, sanctae Concilio secundum Imperatorem epistolam hunc dictum non praesentatis Presbyterum? Ipsi autem affirmantes, dixerunt: Nos cum secundum praecipuum Domini, magnoque Imperatoris reducere, vobisque praesentare malimus, sed minime illum invenire potuimus. Mox autem omnibus Episcopis ipse insignis ac beatissimus Praefatus dixit: Quid vobis de his videtur? Universis Episcoporum coetus respondit: Imperiali (si vobis placet) epistola referatur. Et cum relecta fuisset, in ea inter cetera reperit: Vobis denique Serenitatis auctoritate cognoscatur de Anastasio Presbytero, cur ad nos non pervenerit, nostro satis animo displicente, quem nunc per clarissimos Missos nostros, Joseph videlicet Reverendissimum Episcopum, atque dilecti filii nostri H. Ludovici Archiepiscopi, necnon & Petrum sanctae Sedis Spoletinae Venerabilem Episcopum, & Adelgisium Illustrem Comitem nostrum praesentaverit vobis mittimus, quidquid canonice, & secundum Deum ferat illum vestra delibaverit sententia, nihil contradicentes, tantum solliciti cavete, ac prudenter tractare curate, ne hoc factio divina voluntas offendatur in aliquo. Tunc venerabiles & praecipui Praefatus, omnibus residentibus Episcopis & Presbyteris, stantibus Diaconibus, & cuncto Clero, dixit: O beatissimi fratres, quid vestra beatitudo de crebro dicto Presbytero, qui tanta, ac tanta, & tam enormiter contra Patrum regulas atque statuta peregrit? Mox omnes Episcopi unanimiter dixerunt: Quid aliud arbitrari, aut proferre valemus, nisi ut sancti Patres, qui Antiocheno Concilio residentes tertio capitulo promulgant, & inviolabiliter statuerunt, his verbis: Si quis presbyter parochiam propriam deserens, ad aliam properaverit, deinde omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora sit immoratur, ulterius ibidem non ministret; maxime si vocanti suo Episcopo regressi ad propriam parochiam, & communiti, obedire contempserit. Quod si in hac indisciplinate perdurat, a ministerio modis omnibus amoveatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniat. Quam promulgationem in eum (si vobis placet) presbyterum inspondit: Placet. Tunc elevans se ipse praefatus Pontifex de dindalem presbyterum tituli sancti Marcelli, qui propriam parochiam in reliquis in aliena per multa tempora nititur immorari, a sacerdotali ministerio modis omnibus amoveatur, ita ut locum restitutionis nequaquam inveniat. Si quis agere contra hanc constitutionem nostram quocumque tempore taverit, sicut a Sanctis Patribus, & a nobis omnibus anathematis dixerunt: Et nos se iudicamus, sicque irrefragabiliter statuumus. Et subsecutus Episcopus numero sexaginta sex, qui ex his & aliis historicis illius saeculi narrat historiam hujus textus Michael Roufel, l. 2. bisp. Pontif. curia. c. 10. n. 9. b. Leo III.) Haec verba pro epigrapha apposuit Raymondus, cum legendum esset, Leo IV. in praedicta Synodo. Leo autem retravit Bonachius & Coriolanus, consecratus an. 847. ut dicitur a Sancto Carolo in Bibliotheca, verbo Leo IV. c. Lotharius, & Ludovicus.) Lotharius est filius Ludovici Pii, & Ludovicus deus episcopus Ludovici Pii, ex Lothario, quorum frequentis mentio fit a Gratiano in dist. 63. Igitur consilio Lotharii, & Ludovici Patris, & filii celebrata fuit praesentia Synodus.

d. ab omnibus.) Idest Episcopis 67. simul cum Romano Pontifice; unde cessant omnia quae a repetentibus in praesenti habentur, quomodo videlicet Cardinalis potius deponi absque auctoritate Romani Pontificis, cum praesens depositus praesente ipso Leone IV. facta esset.

COMMENTARIUM. PRO hujus textus expositione, ut ejus veram interpretationem assignemus, aliqua de Cardinalibus, eorum origine, & officio praemittere opera pretium duxi. Primo sciendum est, Cardinales ita dictos fuisse a cardine docuit Anacletus Papa, qui vixit circiter annum Christi 108. relatus in c. sancti 22. dist. a quo acceperunt Patres Concilii Basil. sess. 3. ibi: Sicut nomines, ita re ipsa cardinales sunt, super quos officia universalis Ecclesiae venerunt, & sustentantur. Nomen hoc jam reperitur in Synodo Romana sub Silvestro, an. 324. c. 6. imo & in Niceana Synodo, relata in c. Praesul, 29. 4. Illustrant Baros, an. 113. n. 9. Bellarmus in apoloq. ad Reg. Anglia, c. 4. Vvolfgangus Laz. de Repub. Rom. l. 2. c. 2. Cohelius in not. Cardin. c. 2. P. Serlogus in Caustica, tom. 3. dist. 354. 5. Petrus Greg. l. 1. synod. c. 4. Borellus in summa de sac. l. 1. c. 11. Michael Rouffel, de monar. Eccles. 2. p. 1. 4. n. 11. c. 12. plures relati a Solorzano tom. 1. l. 2. n. 22. n. 97. & l. 3. c. 2. n. 28. Jureus ad ep. 131. Paganus, Salmasius de primatu Papa c. 1. doct. Jacob. Gothofred. in l. 7. c. de susceptoribus. in Theod. Villaroel. tom. 1. regim. Eccl. q. 2. art. 3. Jo. Dartsis de beneficiis, sect. 2. c. 2. Caballucius in not. Concilii, fol. 616. Cardinalatus originem a jure divino repetit Jacobatus de Concilio l. 1. m. 1. n. 249. Paleotus de sacro consistorio, membr. 5. c. 11. Turricus, l. 2. de Ecclesia, c. 30. & 31. Borellus, Alban. & alii relati a Barbosa de jure Eccles. l. 1. c. 3. n. 7. Fr. Juan de la Puente conveniencia de las dos Monarcias, l. 2. cap. 3. §. 2. Solorzano tom. 1. l. 3. de jure Indiar. c. 2. n. 28. Fr. Antonius Perez Beneditinus in penitencia fidel. de Concilio c. 3. Macedo de sacris, Petri, l. 4. c. 8. fol. 379. Bellarmus in apoloq. c. 4. fol. 35. Germonius l. 2. iner. l. 6. Bulengerus de inter. Rom. in appendice, fol. 27. de iur. Emmentia, Ramirez de Prado in notis ad epist. primam Pauli, & Card. de arbitri. c. 94. n. 3. pro quibus faciunt testimonium Innocentius III. in c. pro consuetudine, qui filii sui legit. ibi: Sicut autem sacerdotibus Levitici generis fratres nostri, qui nobis jure Levitico in executione sacerdotialis officii coadjutores existunt, 3. Quidam laudat Eugen. IV. in cons. 15. §. 4. quae reperitur tom. 1. Bullar. p. 182. ubi de Cardinalibus agens, ait: Est hujus dignitatis nomen, quod modo in usu est, ab initio primitiva Ecclesia non iam expressum fuit, officium tamen ipsum a B. Petro, ejusque successore institutum evidens invenitur. Imo, ut inquit Innoc. III. ex veteri Testamento jasu Dei traxit originem, assensit enim ipse, quod Deut. 17. dicitur: ut pro dignitate, & ambiguitate iudicii accedat ad sacerdotes Levitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tempore, & obediat ipsorum iudicio, qui praesent loco, quem Dominus elegit: de summo Pontifice intelligendum esse, & fratribus eius, idest S. R. E. Cardinalibus, qui ex jure Levitico in executione sacerdotialis officii coadjutores existunt, 3. Prosequuntur Ciacconius in vita S. Leonis, Lellus Crecus l. 2. de rebus, tit. de stati. Cardin. n. 2. Clronius ad hanc tit. Kochier in jure hist. cent. 2. c. 57. licet alii congesti ab Hurt. tom. 1. de rebus, tit. 5. n. 1. tenentur Cardinalium officium tantum a jure Ecclesiastico provenire. Eorum dignitatem sublimem commendat Petrus Damianus l. 1. c. 26. ibi: Quid tibi videtur de Cardinalibus Episcopis, qui videlicet & Romanum Pontificem principiter eligunt, & quibusdam aliis prerogativis, non modo quorundam Episcoporum, sed & Patriarcharum, atque Primatum iura transcendunt? Arnulphus Lexovien. epist. ad Cardinales Romanae Ecclesiae, de elect. Alex. III. ibi: Electos insulariter est omni carne; per quos fidei veritas, per quos forma iustitiae, per quos Ecclesia libertas inconvulsa conservetur. 3. Sicut, in Bulla, quae incipit, Postquam verus, edita an. 1386. ibi: Cum itaque veri cardines sint, & clarissima Ecclesia lumina, templi Dei bases, firmamenta, & columnae Christianae Reipub. &c. Secundo sciendum est, Cardinales jam a primis Ecclesiae temporibus in triplici fuisse gradu Episcoporum videlicet Presbyterorum, & Diaconorum, & ut Episcoporum Cardinalium originem, & rationem agnoscamus, sciendum est, quae fuisse in urbe majores & praestantiores Ecclesiae ordines, nempe S. Salvatoris Lateranensis, ab eo tunc sancti Joannis: sancti Petri, sancti Pauli, sanctae Mariae Majoris, & sancti Laurentii extra muros; quibus in Ecclesia Summus Pontifex per septem sacra non raro percollebat: utque decantatis, & majori cum majestate id fieret, septem sibi Episcopos ex vicinioribus oppidis alievit, qui post praesentum Pontificis assententiam singulis hebdomada diebus, singuliter, praesente, vel absente Papa, super Aram, praesentem Ecclesiae Lateranensis divina celebrabant mysteria. Ut autem sunt septem hebdomadae dies, qui rursus sunt hebdomada in septibus redant; ita septem Episcopi, ut supra, lecti omnes per singulos dies singuliter celebrantes hebdomadam explebant, atque ob hanc causam septem hi Episcopi postea Cardinales, idest, Principales dicti sunt, Panvino testis, addendo horum institutionem veteritissimum esse; siquidem in vita Stephani Papae IV. qui III. dictus est, creatusque Pontifex anno salutis 788. apud Anastasium Bibliothecarium ita scriptum invenisse ait: Hic constituit, ut omni die

die Dominica a septem Episcopis Cardinalibus hebdomada-
 ris, qui in Ecclesia Sancti Salvatoris observant Missam
 solemnem, ea super Alcare B. Petri celebratur, & Gloria in
 excelsis Deo, cantatur super parvas, per quas ingreduntur
 ad Alcare, ubi imagines in frontispicio constituta sunt, &c.
 Fuit quidem in septem, primus Obiensis Episcopus Cardina-
 lis: secundu Silvencolide, alias SS. Rufina, & Secunda: ter-
 tius Hippolytus, alius Portuensis: quartus Sabius: quintus
 Prægnus; sextus Tufulanus: septimus Albanus. Circa Pres-
 byteros Cardinales est fidelium: Divum Petram Apo-
 stolorum Principem est fidelibus quodam seniores viros, ac
 probatæ vitz instaurat, ex quibus tam Presbyteros, quam
 Diaconos consecravit, quorum opera tam ipse, quam ejus
 successores, crescente in dies Ecclesia, uterentur; Presby-
 terique commiserunt, ut sacramenta populo ministrarent; Dia-
 conis vero ut illis ministrantibus adessent, viduisque, pupillis,
 & aliis fidelibus egenis subvenirent, innoxie, & cum
 numero Presbyterorum incertis eorum, D. Petri successores pro
 tempore varietate diversarum eorum numerum statuerunt. Eva-
 rillus anno Domini centesimo Urbis regiones in titulos, vel
 parochias divisi, & in eis singulos Presbyteros, ut Sacra-
 menta ministrarent, populisque docerent, constituit. Hic-
 ginus vero Pontifex, creatus an. 138. plures Presbyteros in
 quolibet titulo, vel Ecclesia ordinavit; ex quibus qui præerat
 alius, Presbyter Cardinalis dicebatur, ut referat Panvinus de
 septem Episcopis. 2. Lullus Cecus ubi supra, c. 23, n. 1. Diony-
 sius anno 260. Evarithi exemplum secutus, limitibus æstivis
 singulis titulis, etiam Presbyteris curam Cosmetiorum ad-
 junxit. Marcellus an. 304. ut facillius baptismi ministrare-
 ret, 25 titulos, quasi diceces in Urbe constituit. Panvinus
 ubi supra, Ciacconius in vita Marcelli. D. Silvester alios tres
 titulos, adjuvit, & ita 28. Cardines ordinavit, quorum Eccle-
 sias referat Luculentis, & eorum seriem usque ad nostra
 tempora perscrutatur Chalcanius in catalogo, 4. p. confidit. 12.
 Cohæliis in materia Cardinalium, c. 6. Sacerdant Diaconi Cardinales,
 quorum ordo a temporibus Apostolorum reperti debet; sicut
 in eorum actis, c. 6. legitur. Septem viros ordinatos suis-
 se ad quotidianum ministerium, quod exemplum secutus Eva-
 rillus retulit in c. Dionysii. 93. dist. septem etiam Diaconos
 constituit, & cum Urbis regiones post incendium Neronis sep-
 tem essent, Silvester an. 314. septem Diaconos Cardinales
 regionarios septem Urbis regionibus assignavit, ut sicut in eis
 curatores erant civilia tractantes negotia, ita etiam essent
 Diaconi, qui religionem Catholicam promoverent, & elemo-
 sybas a Subdiaconis collectas erogarent: referat Baronius, tom. 3.
 an. 314. Sed sequitur feculis, crescentem admodum fideli-
 um numero, actus fuit etiam Diaconorum Cardinalium nume-

rus, ut refert post alios Cohælius, l. 2. c. 7. De his, aliisque
 ad Cardinalium dignitatem spectantibus late agunt Gernonius
 de indultis Cardinalium, Bucus de sacris, bonis, & Gloria in
 excelsis, Bellarminus l. 2. de clericis, c. 9. & 16. Jacobotius de
 Cælestis l. 1. artic. 12. Valquez 3. p. in 3. dist. 244. car. 1. & 2. Azor.
 2. p. 2. in 1. q. 1. cum seq. Adamus Contzen l. 6. p. 102. c. 3.
 Grefolius l. 1. in 1. p. 102. c. 1. & 2. Hurtado tom. 1. de
 refo. art. 5. Et quando rubro galero usi fuerint, tradit Vivar.
 de veteri monachatu, l. 4. c. 4. §. 14. Cellotius de hieroch. l. 4. c. 8.
 fufe Rofselsius l. 2. hif. Pontif. in 1. c. 10. per tatum, Be-
 yerlinch tom. 2. in theatro, verbo Cardinalis.

His suppositis, ut ad veram præsentis textus expositionem
 perveniamus, etiam sciendum est, Cardinales ex vi, & na-
 tura proprii officii teneri residere eo in loco, ubi Pontifex
 degit, cujus consilium sunt; ut ita consilio illum juvare pos-
 sint, probant Lotharius de re benef. l. 1. q. 8. n. 49. Barbosa de
 potest. Episc. 3. p. alleg. 53. n. 12. Borellus in summa decif. tit.
 10. n. 8. Gernonius, Flaminius, & alii consilii ab Hurtado
 dista. refo. 3. litem Barb. in cap. excommunicationes, n. 6. c. 30. de
 offi. delegat. Garcia de nobilitate, gloss. 48. §. 3. n. 10. Ger-
 monius de indult. Cardin. Scito quoad visitat. an. 1. adeo ut Epif-
 copi Præsenfis, Albanensis & alii, qui Romæ degunt, ex-
 culentur a residentia in propriis dicecesibus, ut probat late
 Hurtado refo. 7. per tot. ubi doctè exponit Conil. Tri. d. fess.
 7. de reform. c. 2. Unde apparet vere ratio præsentis textus;
 nam cum Anafasius Cardinalis tituli S. Marcelli, non reside-
 ret in proprio titulo, iuste ab eo facti processus per Leo-
 nem IV. in Synodo Romana: sed an Cardinalis ille absque
 sit a propria parochia, an vero a dicece, non contentum
 Interpretes. Cajac, hie. Selva de benef. 3. q. 3. n. 5. Lothar.
 l. 3. de re benef. q. 27. n. 74. accipiunt præsentem textum non de
 parochia, sed de dicece, quam deseruit Cardinalis, moti
 ex eo, quod Cardinales jura Episcopalia exercent in Eccle-
 siis proprii tituli. Sed rectus Gernonius l. 1. animalu. c.
 17. accipit textum hunc de Parochia propria deferta. Que
 sententia mire convenit temporibus Leonis IV. hujus textus
 auctoris, nam cum eo tempore Cardinales in Ecclesiis prop-
 rii tituli, ut Parochi Sacramenta ministrarent, proprie
 Parochi dicebantur. Unde credo Anafasium depositum fuisse,
 non tam quia ut Cardinalis non residet Romæ, ubi
 erat Leo IV. nec ut ejus consilium adferat duobus Conci-
 liis, ad quæ fuerat vocatus, quam quia deseruerat paro-
 chiam propriam, ut in diserte in præfenti referatur; & negle-
 xerat proprios parochianos, quibus Sacramenta non adminis-
 traverat; cum illis temporibus non solum ut consilium Pon-
 tificis, veram & Archiepiscopi Ecclesiarum proprii tituli
 Cardinales eligerent.

C A P U T III.
 Ex Concilio a Lateranensi.

Quia nonnulli modum avaritiæ non ponentes, & diversas dignitates Ecclesiasticas, & b plures Ecclesias paro-
 chiales contra sacrorum canonum & iustitiam accipere nituntur; ut cum unum officium vix implere sufficiant,
 stipendia sibi vindicent plurimorum, ne de cetero fiat, districtius inhibemus. Quam igitur, vel Ecclesia, vel Eccle-
 siasticum ministerium committeri debuerit, talis ad hoc queratur persona, qua residere in loco, & curam ejus per
 seipsum valeat exercere: quod si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra sacros canones acceperit, amit-
 tat; & qui dederit, largiendi potestate a privetur.

N O T E.

Lateranensis.) Sub Alexandro III. celebrato, c. 3. ut le-
 gitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 3. de quo
 Concilio nonnulla notavi in c. 27. de refo.
b Plures Ecclesias.) Hanc priorem partem exponemus in c.
 de multa, de prob.
c Instructa.) Cap. scienter, 70. dist.
d Privetur.) Constat textus in c. commissi, §. ceterum, c.

C A P U T IV.
 Alexand. III. Eboracen. a Archiepiscopo.

Relatum est nobis ex parte tua, quod cum in Lateran. Concilio statutum sit, ut persona tali Ecclesia, vel be-
 neficium Ecclesiasticum conferatur, qua residere in loco, & curam ejus per se valeat exercere, nonnulli ad
 Ecclesias præsentem hoc se posse affirmant, sed efficere contradicunt: ideo nos consulere voluisti, an propter hoc
 possis tales præsentatos repellere, vel institutos appell. sub. removere? Tux igitur prudentia innoretur, quod cum
 igitur verba accipienda sint cum effectu, tales, si præsentati fuerint, non debent admitti: & admitti poterant amoveri,
 nisi forte de licentia suorum Prælatorum, vel pro aliis honestis causis contingeret eos abesse;
 nec patrocinari debet eius appellatio: b diffugium, si contra hujusmodi intentionem decreti fuerit intercessum.

N O T E.

Archiepiscopo.) Richardo videlicet, de quo, & Ebo-
 racensi nonnulla addidi in cap. 2. de refo. Repe-
 ritur textus hic in prima collectione, sub hoc tit. cap. 4. &
 post Concilium Lateran. p. 15. c. 1. ex quibus codicibus ita
 textum restituo.
b Appellationis diffugium.) Constat text. in c. conpente,
 hoc tit. c. pervehit, a 2. de appell. quod procedit quoad esse-
 tum suspensivum, non vero devolutivum, quia quoad istum

appellatio admittitur, ut late exponit Salgado de protel. Re-
 gia 2. p. c. 15. ex n. 1. usque ad 30.

COMMENTARIUM.

Ex his tribus decisionibus talis venit disputanda conclusio:
 Parochus non residens in propria Ecclesia privatur ipso bene-
 ficio. Probant cum text. in can. 15. c. 16. Apst. c. ult. 92. dist. 8.
 suggestum, c. si quis 24. c. 1. propter 26. c. quidam 7. q. 1. c. clær.
 dist. 71. c. si quis 24. de consecr. dist. 1. canon 2723. q. 8. e. quanto 7. de
 offi.

Tit. IV. De Clericis non resident.

officium videtur, ad hie. 13. de proband. c. fin. de offic. vicar. c. licet 14. §. in
 eorum, de elec. in 6. c. singula 29. dist. c. fin. de refo. lib. 6. l. genera-
 liter 4. Cod. de Episcopis, & clericis, Novella 6. §. 58. c. 123. Justin. In
 concilio III. lib. 1. epist. fol. 50. ibi: "Cum scriptum sit, Qui
 non laborat, non manducet, incongruum credimus, & indi-
 camus, ut clerici Ecclesiis illis non serviant, quarum am-
 plius redditibus sustentantur. Significat siquidem nobis, quod
 quidem Canonico-rum Rhomagensis Ecclesie, qui redditis
 ex ea percipiunt, & præbendas, in ipsa residentiam non fa-
 ciunt, quam deberent: propter quod eadem Ecclesia debi-
 li non fraudatur obsequio servitorum. Eapropter venerabilis in
 Christo frater, vitæ precibus annuente, ad faciendum eos
 residentiam scire jus, & Ecclesiæ liberatum depolice) per
 censuram Apostolicam compellimus conueneri tibi concedimus
 auctoritate Apostolica facultatem. Nulli ergo omnino homi-
 ni, nec Dat. Romæ apud sanctum Petrum X. Kal.
 Maji, Pont. N. anno 1. Hilarius episc. 1. ad Terracoe, Episcop.
 c. 5. Conc. Arel. 1. can. 22. Presbyteri, aut Diaconi, qui re-
 lidis suis suis, in quibus ordinati sunt, ad alium locum
 se deseri voluerint, depoganter. Arel. 2. can. 13. Nullus
 cuiuscumque ordinis clericus, non Diaconus, non Presby-
 ter, non Episcopus, quacumque occasione faciente propriam
 relinquat Ecclesiam. Et can. 2. Qui in quolibet loco
 ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent. Conc.
 Vvom. can. 19. Placeat, ut in ministerio Diaconi, vel
 Presbyteri, officio aliqui constituti existat, si Episcopo, a
 quo ordinatus est, non obediunt, ut in delegat. sibi Ecclesia
 officium deperdat assiduum." Conc. Vatem. Hifp. can. 7.
 Conc. Frisingense anno 1440. celebratum, can. 6. Que & alia
 juris testimonia congerunt Ant. Aug. in epist. iur. lib. 4. tit. 78. c.
 79. & lib. 7. tit. 31. l. in 39. tit. 1. Celspretus in sum. verb. Clericis
 divinis interesset. Illustrat ultra conuolens in præfenti a Bar-
 bosa, & Garana, Petrus Gregorius de benef. cap. 7. §. lib. 2.
 par. 1. tit. 2. Barbosa de officio Parochi, c. 8. Darenus de sa-
 cris Eccl. c. 5. lib. 8. & lib. 3. c. 1. P. Mendo in Bull. dist. 11. q.
 2. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 9. Diana par. 10. in 14. refo. 67.
 Victorini de Magist. lib. 5. cap. 3. Joana. Dantis de benef. se-
 ction. 2. c. 1. Langleus lib. 13. tom. 2. Grefolius lib. 3. my-
 stic. c. 14. P. Suavis lib. 2. hif. Conc. Tri. c. 174. Vghel. in
 metholo juris tom. fol. 266. Lemaitre lib. 1. in hif. Episcop. c. 7.
 P. Bollo in acen. dist. 2. c. 2. §. 3. Lotharius de re benef. c. 27.
 per tot. Salcedo in lege polit. lib. 2. c. 17. Joannes Sanchez in
 folet. dist. 47. Hurtado passim in suo opere de refo. Beyerlinch
 tom. 2. in theatro, verbo Residentia. Quintandavennas Ecclesiast.
 lib. 4. num. 49. Solozar. tom. 2. lib. 2. c. 25. n. 9.

Sed pro dubitanti ratione in præfente assertionem ita in-
 fergo: Vel residentia in præfenti importat continuum habi-
 tationem in loco beneficii, vel ipsam administrationem Sacra-
 mentorum, & ministerium quotidianum, cui Parochus im-
 pendit famulatum. Neutro casu potest procedere præfens as-
 sertio: Ergo minus recte. Probatur minor, nam si residentia
 in præfenti dicit habitationem perpetuam in loco benefi-
 cii, injungi non potest parochus, quia per illam infringitur
 naturalis libertas leg. Titio cocenus, §. Titus, §. de condit. &
 demortu. l. 2. §. de libor. bon. l. Gaius 13. §. uti, §. de alim. l.
 reuol. c. de vob. libor. l. si quis fugitivus, §. idem, §. de
 ad. Gicero paroch. 5. ubi libertatem appellat facultatem ven-
 dendi, ut velis, & ubi velis; quod in ipso acta manumif-
 sionis significabatur. Platus in Methoch.

Maxi quidem heretice causa liber esto.
 Anus in quo volui.
 Docet Caius lib. 17. §. 93. Papii, in d. §. Titio, & lit. 14. ob-
 ferve. c. 27. Amaya lib. 1. obferte, c. 6. Gota lib. 1. folet. cap. 8.
 Antonianus Gomez lib. 1. var. c. 12. n. 79. Solozarus de jure in-
 dicit. r. 2. lib. 1. c. 4. n. 44. notari in c. 2. de refo. Episc. Unde
 manuales, fabricenses, & ceteros alicui ministerio, vel
 perpetuo loco adscriptis, vere seruos esse docuerunt Darenus
 ad tit. de stat. homin. c. 1. in fine, Duvel. lib. 2. comment. c. 9.
 Cajacius ad tit. Cod. de agricol. lib. 11. licet contrarium defen-
 dit Faber in Papii. tit. 5. princip. §. illat. 7. optimilque ad præ-
 sentis refo. lationis Govarrur. in 4. 2. par. c. 7. princip.
 n. 5. Igitur parochus, & similes Prælati non possunt cum dis-
 pendio libertatis cogi residere perpetuo in loco sui tituli, si
 autem residentia in parochia importat ipsam ministerium, &
 seu officium in Ecclesia impendendum, item administrationem
 Sacramentorum, iure, & ratione possunt omnia hæc mania
 obiri per alios, cum proprie, & vere per se facere quis dicatur,
 qui per alium facit, l. 1. §. de iur. ff. de vi, & tit. l. 112.
 §. si quis si quis, ff. de admifit. tut. l. si per alium, §. ff. de quo
 eorum, l. non idem, c. de acquif. c. multieris, §. ille, de feat. accam.
 regul. qui per alium, de reg. iur. in 6. & illud quod potest quis
 facere per se, potest facere per alium, l. 1. §. si quis, de procu-
 rat. l. sed si unius, ff. de ferris, §. idem. Illustrat Barb. actum,
 92. Igitur parochus, qui per se ministrare potest, per alium
 ministrandum videtur per se ministrare, & per consequens non
 sunt cogendi personaliter parochi perpetuo residere.

Qua dubitanti ratione minime obstant vera est præfens
 assertio, pro cuius expositione sciendum est, residentis vocem
 non iteratam sessionem significare, sed eisdem firmitatem,
 quam residere, firmiter sedere est; a quo quoque signifi-
 catione loci, functionique summa ratio declaratur; diversam
 enim potissimum residentis Ecclesiasticæ nomen significatio-
 nem asfert, scilicet manfessionis in loco, & pastoralis adminis-
 trationis: omittit residentiam R. Pontificis, Primate, Archi-
 episcoporum, & Episcoporum, de qua nulla exat consti-
 tutio in hoc titulo: & post Carranzam, & alios: qui de ca-
 n. D. D. General. in Decretal. Tom. III.

De resi-
 dentia, &
 eius acci-
 ditte.

Conclufio
 traditur &
 probatur.

egerant, novissime editi duos Tomos P. Hurtado sub tit. de
 resid. Tantam igitur agamus de residentia Episcoporum, &
 Sacerdotum in propriis Ecclesiis, ubi beneficia possident. Et
 prius sciendum est, a quo iure proveniat residentia Episco-
 porum, & illorum Prælatorum, qui habent alicalem curam
 animarum; & an proveniat a jure divino, jam scribit dif-
 putatum fuit in Concilio Tridentino semel, & iterum. Pri-
 mo sedente Paulo III. anno 1547. sess. 6. de reform. cap. 1. in
 quo residentia Prælati injuncta fuit, veteribus penis innova-
 tis, & novis adjectis: sed quo iure veniret, non fuit deci-
 sum. Deinde sedente Pio IV. anno 1563. sive sess. 23. de refo.
 c. 1. quod notasse expediret. Veteres, qui ut patet, Pastorum
 residentiam fundant, de hac questione parum curant, ut vi-
 dere licet ex classicis Canonistis ad hunc tit. Angelo, Silve-
 stro verbo Residentia, Gabriele in 4. sentent. dist. 15. q. 8. ar. 3.
 dub. 2. imo & perdoctus Petrus Gregorius, qui post utramque
 canonem scripsit, & doctè de residentia egit, in tractatu de
 beneficiis, q. 7. questionem non attingit. Ante Concilium de
 jure hamao provenire, non de jure divino, nisi quemcumque
 improprie jus canonicum divinum dicitur, docuit Thom. Cam-
 pegas Episcopus Peltraensis, in 11. de refo. qui circumferretur
 tom. 15. 11. Doctrina contrariam enixe fundavit Cardinalis
 Cajetanus 2. question. 285. art. 5. contra quem pro more apolo-
 gium scripsit Fr. Ambrosius Catharinus, sub Concilii tem-
 poribus, incendens Prælatos ad residentiam jure positivo obli-
 gari, non jure divino, cuius partes secuti fuerant Albina-
 nus, Alphonsus Salmeron, & Andreas de Geranla, qui reser-
 rant Diana par. 10. tit. 14. refo. 66. Hurtado de refo. r. 1.
 refo. 2. Pro Cajetano iterant duo doctissimi Dominicani,
 Mag. Fr. Bartholomæus de Miranda, & Caranza, peculiari
 libello de resid. edito Tridenti die sacra Divo Matthea,
 eodem anno 1547. quo primus canon emiffus fuit, cujus his
 meminit cap. 12. eiusdem tract. & Primarius noter Dominicus
 Soto in apolo. contra Catharinum de resid. qzæ circumferunt post
 syntagma de natura, & gratia: & lib. 10. de iustitia, quest. 3.
 art. 1. 2. 3. & 4. Scripsit etiam post sessionem 6. & ante ses-
 sionem 23. Eamdem sententiam defendunt post D. Thomam
 2. 2. question. 185. art. 5. Bannez q. 33. art. 5. Suarez lo. 4. in
 3. part. dist. 44. sect. 4. n. 8. Joannes Driedo, Leonard. Vene-
 tus, Franc. Turrianus, Hieronymus Gigas, peculiaribus editis
 tractatibus, Gentianus Herbertus in cap. 1. 20. dist. apud
 Govarrur. qui eandem sententiam tenet lib. 3. var. c. 3. n. 9.
 & alii infra laudandi. Itaque status questionis accèps fuit,
 utque ad prædictam sessionem 23. sive usque ad annum 1563.
 Nihilominus Alphonsus Alvarez Guerrero, Præles tunc Ca-
 mæra Neapolitana, qui scripsit suam speculum de potest. Ro-
 manæ Pontif. an. 1558. tit. c. 9. a princip. præcipue n. 4. turatus
 fuit sententiam Cajetan, nullo alio laudato: qui vero scri-
 pserunt post prædictam sessionem, Cajetanum sequuntur, uno
 alterove dempto; & de jure divino esse afferunt residentiam
 Prælatorum, & Pastorum quorumcumque, quibus cura anima-
 rum incumbit officii, & beneficii Ecclesiastici. Sicut
 ex Jurisperitis Navarros in Manuali a. 5. n. 121. Garcia, mul-
 tis relatis, de benef. 3. part. c. 2. n. 16. Barbosa cum aliis de
 potest. Episcop. alleg. 53. n. 2. & de offic. Parochi par. 2. cap. 19.
 & ad prædictos canones Concilii Trident. & in c. quis, in 9.
 4. hoc tit. & lib. 1. iur. Eccl. c. 111. num. 91. & 92. Petrus de
 Salcedo de lege polit. lib. 2. c. 16. §. 1. Silgado de protel. regia
 par. 2. c. 15. n. 12. D. D. Antonius Garanna ad hunc tit. c. 1.
 qui pro multis sufficit, quos adducunt. Ex Theologis ita
 etiam sentiunt Suarez tom. 4. in 3. par. dist. 42. sect. 4. n. 8.
 Valquez de benef. c. 4. dub. 2. Gualtupalo 1123. 13. dist. 5.
 Azor. 3. tom. in hif. lib. 7. cap. 4. question. 1. Piliucius in ap-
 pend. de benef. Ecclef. tract. 41. c. 6. ex n. 27. Emmanuel Rod-
 riques in summa, 2. tom. cap. 114. a princip. Paulus Layman
 3. tom. Theolog. moral. tract. 1. cap. 6. quest. 2. ex nom. 3. Boles-
 rius Reginaldus in præf. iur. parit. tom. 2. tit. 3. r. 3. lib. 30.
 cap. 5. ex num. 52. Ludovicus Lopez instruit. conscient. 2. part.
 cap. 243. vocif. Secundum pronouncementum. Joana. Mallerus Ep-
 scopus Antuerpiensis in 2. 2. D. Thom. sive de iustitia, &
 iure tractat. 9. cap. 2. dub. 19. Jacobus Gordonus 2. tom. Theol.
 moral. lib. 8. quest. 4. cap. 8. ex nu. 42. Egidius Trullench in
 præcept. Decalog. lib. 4. cap. 1. dub. 8. ex nu. 2. Lessus de iustitia
 & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 28. Tambarinus de iur. Abbas. tom.
 1. dist. 14. quest. 1. Papii tom. 2. cetero mor. lib. 5. qu. 5. art.
 11. Machado in suo perfetto confessor 2. tom. tract. 9. dist. 18.
 docum. 4. plures alii, quos laudat, & sequitur Thomas Hur-
 tado de refo. refo. 7. numer. 18. adeoque certâ communitate
 hæc sententia, post ultimum canonem Trident. videtur, ut
 innegabilem eam dicat Villalobos 2. tom. summa, tractat. 9.
 dist. 18. ex num. 1. & aliis magis specialiter inferius re-
 censendi.

Ergo cum sere innegabile hodie sit (si non est absolute in-
 negabile, ut dixit Villalobos proxime citatus) residentia Pra-
 florum a jure divino provenire, videamus qualiter ex jure divi-
 no proveniat, aut desumat: Fr. Antonius a Cordaba in suo
 question. lib. 1. q. 19. qui Concilium non meminit, dicit prove-
 nire a jure divino large sumpto, non proprie, aut stricte; quod
 est sere convenire cum Campgio, qui jus canonicum hæc in
 controversia large appellavit jus divinum. Rejicit Gordubam
 Gabriel Vasquez 4. cap. 4. §. 2. dub. 1. docetque quod est ex jure
 divino Ecclesia non iudicaverit, evidentere colligi consequen-
 tiam de residendo; iudicio tamen suo, quod est maximum,
 evidentissimam esse, aut saltem arguitissimam. Ecce estimat
 subtilissimus, & sapientissimus Doctor, de tuc per arguentif-
 simam consequtionem hoc jus divinum. Michael Naclerus,
 D. 4. Do.

An sit iuris
 Divini.

BIBLIOTECA CENTRAL
 UNIVERSITATIS
 URBIS ET DIOCESEOS

